

Faustus sis felixque semper, Beatissime Pater, et per multos quoque annos Deus Optimus Maximus in totius ecclesiae salutem omniumque bonorum consolationem vitam Tuam conservet carissimam.

Membra Sodalitatum Virorum catholicorum, item Confraternitatis S. Michaelis nec non S. Vincentii et Juvenum operariorum, simul congregata in Conventu Dioecesano Lincii tertia et quarta Augusti anni MDCCCLXVIII.

2. Originaltext des Schreibens,

mit welchem der heil. Vater Pius IX. vorstehende Adresse zu beantworten geruhte:

Pius PP. IX.

Dilecti Filii salutem et Apostolicam Benedictionem.

Quod optamus in primis enixaque prece poscimus a Deo, ut quo acrius saevit in Ecclesiam procella, et quo pertinacius urgetur dissolutionis opus, eo lucidius constantiusque se prodat christiana fides, eoque compactior a fidelibus unitas cum hac veritatis Cathedra praeferatur; id vos palam et erecto animo perfecisse laetamur. Nec certe minus perspicuam firmamque fidei professionem postulare videntur praesentia rerum adiuncta, ubi catholicae religionis osiores rerum summa potiti, sanctiora quaeque iura contemnunt, Ecclesiae leges proculeant, Supremi Pastoris auctoritatem deprimunt, sacram cum civili potestate committunt, perturbatisque mentibus, vincula frangere nituntur, quibus fideles cum communi copulantur Parente suo. Pro vobis profecto, qui non erubescitis evangelium, stat illa divina promissio, *omnis qui confitebitur me coram hominibus, confitebor et ego eum coram Patre meo*; et eo latius stare confidimus, quod publica huiusmodi constantiae exempla, cum proprii actus finibus contineri non soleant, nequeant pares magnanimitatis sensus in aliis non excitare, et in Ecclesiae decus simul et praesidium non vergere. Quamobrem non modo gratissimo excipimus animo officia vestra, sed gratulamur vobis; et Deum rogamus etiam atque etiam, ut firmiores semper vos faciat in proposito vestro, et alacriores ad

propugnandam religionis et iustitiae causam. Auspicem vero divini favoris paternaeque Nostrae benevolentiae pignus Apostolicam vobis omnibus Benedictionem peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die 9. Septembris 1868

Pontificatus Nostri Anno XXIII.

Pius PP. IX.

Literatur.

Die katholischen Kanzelredner Deutschlands seit den letzten drei Jahrhunderten. Als Beitrag zur Geschichte der deutschen Kanzelberedsamkeit, sowie als Material zur praktischen Benützung für Prediger. Von Joh. Nep. Brischar, der Philosophie und Theologie Doctor. — Erster Band. Die Kanzelredner des sechzehnten Jahrhunderts. — Schaffhausen. Hurter'sche Buchhandlung 1867. XVIII und 914 S. Lexikon-Format (Groß 8). Preis dieses ersten Bandes 4 fl. 20 fr. ö. W. Silber.

II. Specielle Beurtheilung. 1. Abtheilung (S. 1—416.)

Den Reigen der deutschen Prediger des sechzehnten Jahrhunderts führt der gelehrte Bischof Friedrich Nausea (eigentlich „Graf“) von Wien (1541—52). Seine kernige Homilie über das Evangelium des 1. Adventsontags schließt (S. 9—10) einen gereimten „Rhythmus“ auf die trostlosen Zustände seiner, der Reformationszeit, in sich, der als Original zur berühmten Kapuzinerpredigt in Knittelversen in Schiller's „Wallenstein's Lager“ gedient haben könnte. Von minderer Ursprünglichkeit ist Nausea's Predigt auf den 10. Sonntag nach Pfingsten: „Von der Demuth.“ — Nausea's Hintermann Dr. Joh. Eck, der berühmteste Gegner Luther's, als Prokanzler der altbayerischen Universität Ingolstadt 1543, begegnet uns hier mit zwei Predigten auf das Fest Mariä Himmelfahrt, deren erste, eine Auslegung der evangelischen Pericope, gelungener ist, als die